



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1925**

De SS. Tiberio, Modesto Et Florentia Martyribus In Agro Agathensi  
Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

**OFFICIUM** incontaminato corpore copulari, cui semper famulari studui?

**Lectiones.** **LECTIO IX.** Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum caelorum decem virginibus quae accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsae et reliqua. Audiens autem tyrannus ex mulieris suae conceptione se recepisse foeminei<sup>1</sup> sexus sobolem (erat<sup>2</sup> enim iam novem filiarum pater) in gurgitis vertiginem religato ad collum saxo iussit demergi.

R. Sancta Dei martyr et virgo, quae pro Christi nomine sitiens epotasti verba ecclesiastici dogmatis, audi preces supplicantium tibi, \* Ut carmen nostri cantici feras ante thronum aeterni iudicis. V. Inclyta martyr, adesto nostris precaminibus nosque tribue valere cum sanctis omnibus. — Ut.

**LECTIO X.** Sicque una pedissequarum in latibulo manicae suae infantulam recondens ad ripam usque fluminis quod<sup>3</sup> ad radicem praedictae Apamae fluit concite pervenit.

R. Adest nempe dies sacra in qua martyr Nathalena in aethera triumphavit. \* Cuius petimus suffragia ut det nobis sanctorum perfrui consortio. V. Annuat Christus in nobis veniam delictorum interventu huius virginis. — Cuius.

**LECTIO XI.** Traditur autem tunc illa die per eundem locum sanctissimum Martinum Turo- norum episcopum iter facere atque illam pedissequam obviam habuisse.

R. Gloriosa martyr virgo Nathalena, pro nostra Christum exora pace, quae hodie triumpho caelesti evecta es Olympo. \* Intercede pro omni populo tibi nunc poscenti corde devoto. V. Adesto quoque, martyr sancta, precibus nostris,

quae polles in contuberniis exultantium virginum laetis. — Intercede pro.

**LECTIO XII.** Subsistens ergo paulisper vidit illam absconso manicae infantulam exponere, colloque immane saxum adnectere. Inde se propius faciens cur undis obruere vellet puerulam coepit indagare.

R. Hodie virgo venerabilis, devicto tyranno noxio, cum certaminis corona ad polos triumphans ascendit; nam glorioso funere Domino<sup>4</sup> oblata est. \* Vivit cum quo et regnat in saeculorum saecula. Amen. V. Cuius iuari intercessionibus devota mente poscimus; impetret nobis veniam quae cum Domino possidet palmam. — Vivit cum quo. Gloria Patri. — Vivit.

#### Ad Laudes.

ANA. Cum venerabilis Dei cultrix capite truncato iaceret, corpus quievit cum eo.

ANA. Quo in locello sacrum caput cecidit, fons magnus mirabiliter emanare coepit.

ANA. Ad quem venientes turbae morborum contagiis lotae curabantur.

ANA. Surgens sacra martyr caput in manibus suscepit ac in loco ubi nunc colitur illico deportavit.

ANA. Ingressa sacra <martyr> speluncam cum pace feliciter in Domino obdormivit.

#### Ad Vesperas.

ANA. O quam est admirabilis virgo cuius solemnitatem colimus, quam Christus ab ipsis cunabulis elegit. O quam veneranda fuit quae nusquam prodigiis vacare<sup>5</sup> destitit. O quam innocens permansit quae huius cosmi piacula sprexit, non violata sed vere intacta Deo adhaesit.

<sup>1</sup> foemini cod. — <sup>2</sup> aderat cod. — <sup>3</sup> quo cod. — <sup>4</sup> dominum cod. — <sup>5</sup> vacari cod.

## C DE SS. TIBERIO, MODESTO ET FLORENTIA F

TEMPORE  
INCERTO

MARTYRIBUS IN AGRO AGATHENSI

H. D.

### COMMENTARIUS PRAEVIUS

Sancti  
Tiberii  
monasterium.

1. Cessero oppidum est Volcarum Tectosagum, in Gallia Narbonensi (1), nunc Saint-Thibéry ad dextram Arauris fluvii ripam (Hérault, arrondissement de Béziers, canton Pézenas), ubi iam saeculo IX incunte monasterium erat S. Tiberio martyri dicatum. In constitutione Ludovici Pii de monasteriorum servitiis anno 817 edita, inter monasteria quae nec dona nec militiam dare debent sed solas orationes pro salute imperatoris vel filiorum eius et stabilitate imperii numeratur monasterium Sancti Tiberii (2); et in epistula quam

pridie obitus sui (10 februarii 821) dictavit Benedictus abbas Anianensis, hanc fratribus commendationem reliquit: Abbati quoque Modario de monasterio Sancti Tiberii auxilium, in quibus indiguerit, ferte, et de his et de aliis veluti in vita mea magis autem post mortem agite meam (3). Anno 870 Bonesindus nuncupatur abbas ex monasterio Sancti Tiberii cui vocabulum est Cesarione agitque pro partibus Sancti Tiberii in Cesarione monasterii ubi sacrum corpus requiescit (4). Haec certa sunt et antiquissima de celebri quondam

(1) A. HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, I. v. Cessero; E. THOMAS, *Dictionnaire topographique du département de l'Hérault*, p. 196. —

(2) M.G., Legum sectio II, Capitularia regum francorum, t. I, p. 351. — (3) BHL, 1096, n. 43. — (4) MABILLON, *De re diplomatica*, 2<sup>a</sup> ed., p. 541. coenobio

A *coenobio* (1) *testimonia*. Quis primus eius auctor fuerit plerique se ignorare fatentur, nonnulli tamen Attilionem esse putant (2) quem cum Nebridio et Aniano inter summae sanctitatis viros huius provinciae et Benedicti Anianensis amicos laudibus effert Ardo huius biographus (3). Nostrum non est hanc quaestionem dirimere, idque solum notasse sufficiat saeculo IX decurrente monasterium nomen gestasse sancti eiusdem Tiberii martyris, cuius reliquiae in eadem ecclesia servari, nulla sociorum facta mentione, ferebantur.

Martyrologia. 2. Antiqua martyrologia de S. Tiberio silent. Primum nuntiatur apud Florum his verbis: IV id. nov. in territorio Agatensi, in Cesarione, natale sanctorum martyrum Tyberii, Modesti et Florentiae, qui tempore Diocletiani, variis tormentis cruciati, martyrium compleverunt (4). Florum his versibus exornavit Wandelbertus (an. 848):

Quartis (5) Modestus, Florentia Tiberiusque  
Trino martyrio trino pro nomine fulgent (6).

B Eundem Florum exscripsit Ado, Adonem Usuardus, qui tamen verba in Cesarione expunxit (7). Undenam excerpta sit brevis historia de Tiberio cum duobus sociis sub Diocletiano passis, nunc quaerendum est.

Passio SS. Tiberii et sociorum. 3. Tres habemus SS. Tiberii, Modesti et Florentiae Passiones, quae, res narratas quod attinet, ad unam reducuntur. Prior ea est quae ad Bollandum nostrum missa est (8), ut ipse testatur: a P. Rectore Monspelienensi accepta ad me misit P. Petrus Possinus, 8 maii 1646, servaturque adhuc inter Collectanea Bollandiana mensis novembris, cod. bibliothecae Regiae Bruxellensis 8936-38 (=B), fol. 243-246\*, in XXVII lectiones divisa die festo et per octavam recitandas. Ea esse Acta illa diffusiora a Catello lecta (9), recte coniecisse videtur Sollerius noster (10). Quoniam antiqui codices perire vel latent, Passionem proferimus ex apographo Bruxellensi, ea partitione retenta quae ad usus liturgicos inducta est, suppressis rubricis in principio singulorum capitulum recurrentibus: Lectio I, II... Alio die... Hisce autem Actis discutiendis non multum immorabimur. Qui enim ea attente perlegerit, solis nominibus locorum et paucis personarum discrepare deprehendet ab Actis SS. Viti, Modesti et Crescentiae, qui in Sicilia passi leguntur sub Diocletiano (11). Horum autem sanctorum Passio, ut plerumque accidit in hoc litterarum genere (12), compluribus

tradita est recensionibus, nec certum est eam ipsam qua Cesseronenses usi sunt, ad nos usque pervenisse (13). Certe proxima erat libello quem e codice antiquissima manu exarato eruit L. Surlus, cuiusque stilum hinc inde modice elimavit. Nam easdem res eodem ordine iisdem paene verbis enarrat Passio S. Tiberii, uno loco excepto, qui ultimae parti capituli IX et principio capituli X recensionis Surianae respondet: omittit enim quae ibi referuntur de terrae motu variisque miraculis, usque ad haec S. Viti ad Diocletianum verba: Fac ocius quod facturus es. Et illa quidem in exemplo nostro Passionis S. Tiberii desunt, non tamen in singulis neque in archetypo, quod demonstratur ex altera Passione quam scripsit Petrus Calo.

AUCTORE  
H. D.

4. De Petro Calo († 1348) eiusque legendario juse tractavit Albertus Poncelet noster (14), ita ut nihil quod addamus supersit. Passio S. Tiberii debito loco inserta est inter sanctos Novembris tum in codice 1 = Veneto, bibliothecae Sancti Marci IX. 20, fol. 288-289, tum in codice 2 = Eboracensi (York) XVI. G. 23, fol. 83<sup>v</sup>-84, quibus adhibitis eam typis mandamus. Codices, mendis repletos, saepe corrigere oportuit, tum prudenti adhibita coniectura, tum restituta huius aetatis scribendi ratione a qua saepe recedunt; et huius quidem generis pravas lectiones, ut sunt fillius, redere, aducere, vessatio, confusus, tacite emendavimus. Quod autem res narratas attinet, nihil fere est quod Petrus non acceperit ab auctore antiquae Passionis cuius ipsam phrasim quandoque adhibet. Saepius tamen sua utitur, et quae superflua videntur resecat. Satis infeliciter eruditionis specimen praebet (c. 6), ubi seriem imperatorum a Valeriano ad Diocletianum enumerat. Cum enim utriusque nomen in Passione legisset, non advertit Valerianum illum non imperatorem sed praesidem esse qui Diocletiano imperante sedisse censebatur.

Petrus  
Calo.

5. Tertia Passio, multo brevior, ea est quae legitur in Petri de Natalibus Catalogo sanctorum, lib. X, c. 46. Ex antiqua etiam Passione tota excerpta est, nec refert leves errores notare quos in concinnanda epitome Petrus commisit. Cum ceterae SS. Tiberii et sociorum Passiones ineditae erant, haec sola hucusque ab iis lecta est qui de martyribus verba fecerunt (15), Catello tamen et Sollerio exceptis.

Petrus de  
Natalibus.

6. Et ille quidem nullum de Actis antiquis in-

(1) Monasterium « quod in via publica qua itur de civitate nostra Avinionen. ad Sanctum Iacobum in Compostella, consistit, et in quo peregrini ad illud in magna copia confluentes benigne recipiuntur. » Ita Nicolaus V, in litteris 29 iulii 1448 abbati monasterii datis. H. DENIFLE, *La désolation des églises, monastères, hôpitaux en France vers le milieu du XV<sup>e</sup> siècle*, t. I, p. 227. De concilio apud Sanctum Tiberium habitis et capitulo generali pro reformatione ordinis Benedictini, *Gallia Christiana*, t. VI, p. 708. — (2) Cf. *Gallia Christiana*, t. VI, p. 707; *Histoire générale de Languedoc*, t. VI (Toulouse, 1876), p. 556-61. — (3) *BHL*, 1096, n. 3. — (4) QUENTIN, *Les martyrologues historiques*, p. 349. — (5) Id est quarto idus novembris. — (6) *M.G.*, Poet. lat., t. II, p. 598. — (7) Sola nomina habet martyrologium Fuldense, *Anal. Boll.*, t. I, p. 44; item calendarium Drummondense. A.P. FORBES, *Kalendars of Scottish Saints* (Edinburgh, 1872) p. 28;

Florentiam omittit Gormani Martyrologium, W. STOKES, *The Martyrology of Gorman* (London, 1895), p. 214. — (8) In epistula ad Bollandum (Cod. bibl. Boll. 320, I, 52), haec addit Possinus: *Erant et alia ad manum de S. Tiberio sed matusculae molis, ut exspectandam duxerim occasionem transmissionis commodioris*. Haec si missa sunt, certe nullum reliquerunt vestigium. — (9) *Mémoires de l'histoire du Languedoc* (Toulouse, 1633), p. 279. — (10) Usuardi martyrologium, p. 664. — (11) *BHL*, 8711-8716. — (12) Cf. quae dicta sunt in libro nostro *Les Passions des martyrs et les genres littéraires*, p. 365-423. — (13) *BHL*, 8711 mut. Collata Passione S. Tiberii cum Passione S. Viti manifestum fit revera Surium praeter morem modice stilum mutasse. — (14) *Le légendier de Pierre Calo*, in *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 5-116. — (15) Ita v. gr. TILLEMONT, *Mémoires*, t. IV, p. 472.

AUCTORE  
H. D.

Nullos  
habuit  
socios  
S. Tiberius

dicium protulit; hic vero ea sibi nequaquam placere asseruit. Contemnenda dixisset si eorum fontes perspicere potuisset, nec ea quicquam prorsus ad S. Tiberii gesta cognoscenda conferre pronuntiasset. Nullos S. Tiberium socios habuisse iam ex antiquioribus quae adduximus monumentis, ubi unus S. Tiberius Cesserone quiescere dicitur, probabile erat; id nunc ex ipsa Actorum ratione plane perspicuum fit. Modestus enim S. Viti socius fuisse fertur. Quod autem Florentiam non Crescentiam certaminis sociam habuisse Tiberius dicitur, id etiam ab Actis S. Viti sumptum est, ubi Florentia nuncupatur matrona illa quae martyrum corpora sepulturae tradit (1); huius autem nomen cum Crescentia ex mera fingendi libidine hagiographus commutavit, nec quisquam, post Eugenium Thomas, serio contendat Florentiacum (Florensac), qui locus est a Cesserone parum distans, a sancta Florentia nomen habere (2). Huius enim antiqua ecclesia non Florentiam sed sanctos Iohannem, Petrum et Susannam titulares habebat (3). Modestus ergo et Florentia a calendaris expungendi sunt.

B  
cuius  
de cetero  
historia  
ignoratur.

7. Non ita Tiberius, quamquam, ut verum fatear, praeter nomen et quod Cesseronenses monachi eius reliquias se possidere gloriabantur, nihil quod certo asseri possit de eo traditum est. Monasterium eo loco excitatum fuisse quo S. Tiberius martyrii palmam adeptus erat eiusque sacrum corpus quiescebat, nonnullorum opinio est. Reliquias aliunde adveclas in monasterium iam constitutum illatas esse si quis contendat, equidem non negabo; id tamen nullo potest argumento comprobari. Unum tamen rei indicium, qualecumque id est, proferre iuvat. Si fides sit Mabillonio, monasterium Cesseronense in honorem SS. Stephani, Tiberii, Modesti ac Florentiae dedicatum erat (4). Undenam acceperit S. Stephanum inter patronos loci numerari, non prodit; ex donatione Raymundi Raphinelli, quam legit atque excerptis (5), rem didicisse videtur. His enim utitur verbis qui instrumentum consarcinavit: cedo vel dono... monasterio quod Caesaron dicitur, quod est constructum in territorio Biterrensi, in suburbio Agathensi, in quo sacra est ecclesia in honore protomartyris Stephani, in qua requiescit corpus supradicti martyris Tiberii (6). Diploma a falsario confictum esse nemini hodie dubium est; non ideo tamen singulae quibus constat sententiae falsae habendae sunt, nec veri simile est loci incolas ecclesiae patroni vel nomen ignorasse vel finxisse. Ecclesiam monachorum primum dicatam fuisse S. Stephano, qui post susceptas S. Tiberii reliquias eidem locum cesserit, haud improbabilis est coniectura, etsi de loco martyrii et prima sepultura

nihil prorsus compertum habemus. De reliquiis D sanctorum Modesti et Florentiae una cum corpore S. Tiberii decursu temporum passim mentio fit; quarum inventionis nullum superest documentum. In coenobio nostro, ita apud Cl. Estiennot, IV kal. decembris dies inventionis SS. recolitur sub his terminis: « Inventio SS. Tiberii, Modesti et Florentiae... omnia de communi aut de natali sanctorum sumuntur ut IV id. novembris. » Quo vero saeculo, quo anno inventa fuerunt sanctorum reliquiae non scimus (7). Corporum sanctorum fata a monasterii incolis saec. XVII ita narrabantur: Sane saeculo anteacto et anno circiter 1568 nostri ascetae neotericorum metu, qui iam per varia provinciae loca grassabantur, in capsula lignea horum sanctorum martyrum ossa ita tuto et ignoto loco recondidere, ut licet anno 1571, quo segreges oppidum Cesaronis occupavere et coenobium pessum dedere, sacras reliquias igni contradendas ubique disquisierint, Deo volente qui suorum sanctorum ossa custodivit, nusquam reperire potuerunt... Pacatis autem anno 1574 tumultibus, paulo post, cum per aliquot annos sacra sanctorum ossa latuissent, inventa, et sodalibus confraternitatis S. Tiberii, iamdiu reversis, nostrorumque Congregationis S. Mauri pietate ac studio in thecam argenteam fabrefactam solemniter pompa ac ritu a DD. Mauritio de Brustes, abbate coenobii Cessarionis meritissimo, e lignea in qua iacebant capsula transferuntur anno 1655, ut fuse refert instrumentum super hac translatione confectum (8). Cum his componenda sunt quae scribunt Historiae Occitaniae nuper editores, capsulae argenteae quibus continebantur reliquiae sanctorum a Calvinianis destructae fuisse, mox a consulibus loci et abbate Ludovico de Flavin restitutas (9). Primis annis saec. XVII, sanctorum trium corpora magna veneratione in ecclesia Sancti Tiberii colebantur, si fides sit breviario Agathensi (10). Non corpora sed corporum particulas saec. XVIII ibidem quiescere asserit breviarium Lodovense: in huius monasterii ecclesia sanctorum martyrum reliquiarum portiones quasdam religiose asservatas pia fidelium veneratione etiamnum frequentari (11).

Reliquiae.

E

8. S. Tiberii et sociorum festum agebatur die 10 novembris in dioecibus, praeter Agathensem, Albigensi, Aquisensi, Arelatensi, Biterrensi, Burdigalensi, Carcassonensi, Forouliensi, Magalonensi, Massiliensi, Ruthenensi (12), quibus adde Narbonensem (13), Sancti Pontii Thomeriarum (14), Montepessulanensem (15). In Lodovensi recolitur die 9 novembris ob festum S. Georgii episcopi Lutovensis quod diei 10 assignatur (16).

F

Festi  
celebratio.

9. In ecclesia Marchallensis monasterii quon-

(1) Act. SS., Jun. t. II, pp. 1026, 1027. — (2) Dictionnaire topographique du département de l'Hérault, p. 197. — (3) Gallia Christiana, t. VI, instrum. p. 316; cf. Dictionnaire topographique, p. 65. — (4) Annales ordinis S. Benedicti, l. XXIV, c. 77. — (5) Ibid., l. XXVI, c. 23. — (6) Histoire de Languedoc, t. II (Toulouse, 1876), p. 296-97. — (7) In codice bibl. Nationalis Parisiensis Lat. 12760, « Antiquit. in Septimania, Gothia et pago Tectosagum », fol. 120. — (8) Cod. Paris. 12760, fol. 120. — (9) Histoire de Languedoc, t. IV, p. 557. — (10) Officia peculiaris ecclesiae et dioecesis Agathensis (Biterrensis, 1616), p. 83. — (11) Breviarium Lodovense, Pars autumnalis

(Parisii, 1775), p. 499. — (12) Catal. Lat. Paris., t. III, p. 717. — (13) Breviarium Narbonense, Pars autumn. (Parisii, 1709), ad d. 10 nov. — (14) Ordo officii divini recitandi in ecclesia cathedrali et dioecesi S. Pontii Thomeriarum pro anno Domini MDCLXXXI, ad diem 10 novembris; Ordo divini officii recitandi in Divisione S. Pontii Thomeriarum pro anno Domini 1829, ad diem 14 novembris. — (15) Libros liturgicos dioecesium Montepessulanensis, Magalonensis, Biterrensis, Agathensis, Lodovensis, S. Pontii Thomeriarum recensuit MAUBON, Les livres liturgiques du diocèse de Montpellier, Montpellier, 1895. — (16) Supra, p. 313 E.

-dam

*Alterius Tiberii cultus in Germania.* *dam ordinis Praemonstratensis in dioecesi Constantiensi* (1) ab anno 1626 servatur caput S. Tiberii, christianae plebis concursu et miraculorum fama celebre. Qui huiusce martyris laudes vel historiam conscripserunt (2) eius gesta ex antiqua nostra Passione enarranda esse minime dubium habuerunt, eique festus dies 10 novembris constitutus est. Temere et inconsulte, cum caput S. Tiberii Marchallensibus dono datum a Iohanne

*Antonio Triti, episcopo Tiberiadis et Constantiensi suffraganeo, non quidem Cesserone sed Roma allatum sit* (3). Tiberium quendam in Romanis coemeteriis olim sepultum fuisse non negaverim; de martyre Tiberio Romano quis unquam audivit? Sed de reliquiis Marchallensibus indagare huius loci non est, cum utriusque Tiberio solum nomen commune sit.

AUCTORE  
H. D.

(1) *Gallia Christiana*, t. V, p. 1106.—(2) Sab. SAILLER, *Leben und Marter-Geschichte des grossen und wunder-würckenden heil. Martyrers Tiberii*. Augsburg, 1746. Alias huius operis editiones, eiusdem auctoris laudationes S. Tiberii enumerat L. GOOVAERTS, *Ecrivains, artistes et savants de*

*l'Ordre de Prémontré*, t. II, pp. 124, 128; G. KNAUFF, *Der heilige Martyrer Tiberius und sein durch Wunder berühmtes Haupt zu Obermarchthal*, Riedlingen, 1896. Cf. *Anal. Boll.*, t. XV, p. 433. — (3) KNAUFF, t. c., p. 10.

## I. SS. TIBERII ET SOCIORUM PASSIO PRIOR

E codice bibliothecae Regiae Bruxellensis 8936-38 (= B). Cf. *Comm. praev. num. 3.*

**Passio sanctorum martyrum Thiberii Modesti et Florentiae sub imperatoribus Valeriano et Diocletiano.**

*Tiberius puer,*

1. In tempore illo cum Valerianus praeses (1) persecutionem exerceret christianorum, pervenit ad eum quia<sup>1</sup> beatus Thiberius filius Heleae (2) Iesum Christum coleret, et Deum qui in caelis est, adoraret. Tunc praeses vocavit patrem eius et dixit ei: « Quid est quod audio de filio tuo? Deum quem christiani colunt adorant; sed si vis eum sanum habere atque incolumem, ab hac stultitia revoca eum. » Tunc Heleas, his auditis, filium suum vocavit ad se et dixit ei: « Fili, audi patris tui utile et salutare consilium ut ab hac insipientia recedas, ne forte irati principes furorem suum exercent in te. »

*Heleae filius,*

2. Tunc puer respondens, dixit patri suo: « Utinam tu Christo velis consentire, et qualis esset filius Dei, et velis ipsum agnoscere. Ipse enim est Agnus Dei qui tollit peccata mundi. » Heleas dixit: « Ego scio Christum quem tu aicis hominibus in Iudaea crucifixum esse, et apud Pilatum flagellis caesum traditum ad crucifigendum, quem tu confiteris filium. » Sanctus Thiberius dixit: « Illius traditio et crucifixio peccatorum redemptio est, ideoque nullus hominum me ab ipso separare potest. » Multa autem daemonia beato Thiberio confitebantur, multos caecos illuminabat, infirmos reddebat sanitati.

*ad Valerianum adducitur;*

3. Haec audiens Valerianus Caesar, apprehendens patrem dixit ei: « Audio quod filius tuus Christum illum crucifixum, qui in Iudaea passus est, adorant, et deos meos contemnit. » Et iussit eum adduci ad se. Cumque adductus esset puer, sedens Caesar pro tribunali, interrogavit eum dicens: « Quare non sacrificas diis?

An nescis quia principes iusserunt ut si quis inventus fuerit illum Christum colens diversis poenis interficiatur? » Beatus Thiberius repletus Spiritu Sancto, non trepidans neque timens, signaculo facto filii Dei, aperuit os suum et dixit: « Ego scultilibus et lapidibus numquam consentio; habeo enim Deum cui servit anima mea. »

4. Tunc videns Heleas, exclamavit voce magna, ut cognovit alios amicos dicens: « Plangite mecum, quia video, amici<sup>1</sup>, filium meum perire. » Sanctus Thiberius dixit: « Ego non pereor, si possim in congregationem introire iustorum. » Valerianus dixit: « Quia de tam nobili genere es, amicitiae patres tui me retinent. » Tunc iussit iratus fustibus mactari puerum praeses. Et dixit ei: « Age, miser, ergo et sacrificia diis. » Beatus Thiberius dixit: « Semel tibi dixi, Caesar, Christum adoro filium Dei. » Iratus Valerianus iussit ministris puerum in domo caedi; qui postquam manum in puerum miserunt, statim brachia eorum arida facta sunt. Et exclamavit Caesar dicens: « Manum perdidisti, torqueor dolore. »

*verberatur;*

5. Tunc vocatus est Heleas pater eius et dixit ei Valerianus Caesar: « Tu filium non habes, sed video istum magum esse. » Sanctus Thiberius dixit: « Magica mea Christus est, qui me docuit omnia mandata sua, cuius opere repletus sum, qui mortuos suscitavit, et pedibus suis per mare ambulavit, qui imperavit mari et cessavit a furore suo, cuius ego servus sum. Si possint, dii tui faciant manum tuam sanam. » Valerianus dixit: « Tu fac. » Sanctus Thiberius dixit: « In nomine domini mei Christi, facio propter eos qui astant, ut videant et credant in dominum Iesum Christum. » Et statim manum eius sanam reddidit.

*praesidis manum aridam curat;*

1. —<sup>1</sup> qui B.

4. —<sup>1</sup> amicum B.

(1) In sequentibus Valerianus plerumque Caesar nuncupatur. In Passione S. Viti (Comm.

praev. num. 3) praeses est. — (2) In Passione S. Viti pater Hylas vocatur.

**PASSIO I** 6. Tunc praefectus signavit patri suo dicens : « Vade, et corripe filium tuum, ut acquiescat et sacrificet diis, et non peccet. » Tunc pater eius introduxit filium suum intra domum suam, et multis deliciis <et<sup>1</sup>> mollibus verbis <sua-

*variis modis tentatur.*

**Psalm. 50, 19.** Et cum ingressus fuisset in cubiculum, pater eius clausit cubiculum. Ille autem genua flectens deprecabatur Dominum dicens : « Domine Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, miserere mei et confirma me in virtute<sup>1</sup> tua ut non praevaleat draco iste iniquitatem faciens servo tuo, ne dicant gentes : Ubi est Deus eorum? » Fulgebat autem cubiculum quasi duodecim lampades ardentes, et factus est ibi velut<sup>2</sup> odor aromatis pretiosi. Tum pater et familia dice-

*Angelorum splendor.*

**Psalm. 113, 2:**

**B**bant : « Numquam talem odorem hic sensimus. » Heleas dixit : « Dii venerunt in domum meam ad filium meum. » Et elevans se per ostium, respiciebat ; miro autem <splendore<sup>3</sup>> fulgebat<sup>4</sup> cubiculum. Et apertis oculis vidit septem angelos stantes, alas habentes sicut aquila, dicentes ter : Agios.

*Heleas, caecus factus,*

**8.** Et statim obcaecatus est pater eius Heleas. Tunc beatus Thiberius pro patre orabat dicens : « Deus Heli et spiritus filii Dei, ne me separet a patre meo, sed iube eum congregari in aula sancta tua. » Ille autem prae dolore clamabat dicens : « Heu me, quia perdidit lumen oculorum meorum. » Ad hanc vocem plangentium erat clamor magnus ancillarum et servorum. Et ita commota est civitas, ut praefectus Valerianus ad clamorem populi domum eius intraret. Et videns hominem caecum, interrogabat dicens : « Hoc quomodo tibi contingit? » Heleas respondit : « In cubiculo filium meum miratus sum in quo vidi deos igneos quorum oculi sicut stellae quorum aspectus respicere non potui. »

*Iovem frustra invocat ;*

**9.** Valerianus dixit : « Dii venerunt. » Tunc apprehensus Heleas a servis suis, adductus est ad templum Iovis, et promittens victimas, dicebat ad deum Iovem : « Si me sanum feceris, offeram tibi taurum cornibus aureis et virgines sacras. » Iupiter autem obdormiens, nullum auxilium illi praestabat. Ille autem prae dolore clamabat. Beatus infans genua flectens semper Dominum deprecabatur dicens : « Domine, qui Thobiam illuminasti, tu facias misericordiam cum patre meo si consenserit tibi. » Adductus est autem pater eius, et cadens ad genua filii sui, dicebat : « Fili, fac me salvum. »

*a filio sanatur.*

**10.** Sanctus Thiberius dixit : « Vis salvus esse, pater? » Heleas<sup>1</sup> dixit : « Volo, fili. » Beatus Thiberius dixit : « Abnega Iovem, Herculem, Minervam et Apollinem. » <Heleas dixit<sup>2</sup>:> « Quomo-

do abrenuntio? » Beatus Thiberius dixit : « Scio D quod obduratum est cor tuum ; sed propter istum populum stantem faciam tibi misericordiam. » Et eo ponente super oculos eius manum suam, statim ceciderunt cicatrices oculorum eius et salvus factus est. Et respiciens vidit et exclamavit voce magna dicens : « Gratias ago diis meis qui me salvum fecerunt et non Deo tuo. »

**11.** Ille autem quaerebat quibus filium suum poenis interficeret. Angelus autem Domini apparuit Modesto dicens : « Tolle puerum, et descende ad mare, et invenies naviculam ; transfretemus in aliam regionem quam dixeris. » Sanctus Modestus dixit : « Domine, viam nescio. » Angelus autem Domini dixit ei : « Ego vos deducam cras. » Beatus Thiberius <erat<sup>1</sup>> annorum quatuordecim. Oriens autem angelus Domini deducebat eos, et cum pervenissent ad mare, invenerunt naviculam quam eis Christus praeparaverat.

*Tiberius ab angelo*

**12.** Et conversus ad infantem dixit ei : « In quam regionem festinatis? » Sanctus Thiberius dixit : « Ubi nos Dominus deduxerit. » Et dixit ei : « Et naulum tuum ubi habes? » Sanctus Thiberius dixit : « Deus cuius nos servi sumus dabit mercedem si deduxeris nos. » Et ascenderunt in naviculam, et visi sunt in loco qui dicitur Florentiacus. Et subito angelus Domini apparuit qui eos asportaverat, sicut Abacuc de Iudaea in Babiloniam ad Danielelem missus, ut prandium ferret, et statim evanuit ab oculis eorum.

*deducitur ;*

**13.** Et venerunt iuxta fluvium qui dicitur Araur, et sub arbore quae dicitur cedrus requieverunt multasque virtutes operabatur Deus per servum Thiberium. Aquila victum caelestem die ac nocte ministrabat. Tunc daemonia clamabant : « Quid nobis est tibi, Thiberi? Venisti ante tempus torquere nos? » Populus autem universus clamabat ad illum ; multi etiam ad baptismum convertebantur. Ille autem docebat eos praecepta Christi, dicens : « Credite, propter quod locuti sunt. Ego autem humiliatus sum nimis ; » et in alio psalmo dicens : « Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat<sup>1</sup> <anima mea ad te, Deus<sup>2</sup>>. »

*ab aquila pascitur ;*

**Matth. 8, 29.**

**Psalm. 115, 1 ; 41, 1.**

**F**

**14.** Filius autem Diocletiani imperatoris vexabatur spiritu immundo, et clamabat dicens : « Si non venerit Thiberius hoc anno, non exeam (1). » Diocletianus imperator dixit : « Ubi possumus hominem illum invenire? » Daemon dixit : « Est in territorio Agathensi. » Tunc Diocletianus milites armatos misit, ut cum festinatione adducerent athletam Christi. Et cum venissent milites invenerunt illum iuxta fluvium orantem.

*a Diocletiano accitus*

**15.** Tunc milites dixerunt : « Numquid tu es Thiberius? » Beatus puer dixit : « Vos dixistis quia ego sum. » < Milites dixerunt<sup>1</sup>:> « Imperatori necessarius es. » Sanctus Thiberius : « Et ego minimus omnium necessarius ipsi sum? »

*proficitur.*

6. —<sup>1</sup> om. B. —<sup>2</sup> om. B, *supplevi ex Passione S. Vill.*

7. —<sup>1</sup> in marg. corr. B. —<sup>2</sup> voluit B. —<sup>3</sup> om. B. —<sup>4</sup> miro fulgebat autem B.

10. —<sup>1</sup> Eleas B. —<sup>2</sup> (H. d.) om. B.

11. —<sup>1</sup> om. B.

13. —<sup>1</sup> et deder B. —<sup>2</sup> om. B.

15. —<sup>1</sup> om. B.

(1) Eadem in Passione S. Tryphonis aliisque occurrere, dictum est supra, p. 319, num. 5.

Filium

A Filium autem eius aiunt a daemonio vexari. Sanctus Thiberius dixit: «Eamus pariter.» Et cum pervenissent in urbem Romam, nunciatum est Diocletiano imperatori. Ille autem iussit eum introduci ad se, sedens pro tribunali. Et erat vultus sancti Thiberii sicut ignis et speciosus nimis, oculi eius praeclari; gratia autem Christi repletus erat. Diocletianus imperator dixit: «Tu es Thiberius?» Ille autem tacuit.

Modestus  
interroga-  
tur.

16. Tunc Caesar Modestum interrogavit. Senex autem erat sanctus Modestus et simplex natura, et nesciebat respondere imperatori. In quo Diocletianus turbavit senem. Sanctus Thiberius dixit: «Quem interrogas? Senem aut iuvenem? Nonne honorem canicie reddere debes?» Tunc Diocletianus imperator dixit: «Quid sic durius loqueris contra nos?» Sanctus Thiberius dixit: «Nos non sumus iracundi, sed simplices sicut columbae. Magister autem, qui nos docuit, bonus est.»

Matth.  
10, 16.

Daemonem  
a filio  
imperatoris  
expellit

17. Daemon clamavit: «O Thiberi, quare nos torques ante tempus?» Cui Diocletianus imperator dixit: «Potes filium meum salvum facere?» Sanctus Thiberius dixit: «Non ego, sed Christus filius Dei, cuius ego servus sum.» Et cum accessisset ad filium eius, imposuit manum super caput eius dicens: «Spiritus immunde, recede ab hac creatura Dei.» Et statim recessit ab eo daemonium et occidit plurimos. Tunc imperator Diocletianus dixit ad sanctum Thiberium: «Consenti mihi ad hoc quod tibi dico, et sacrificia diis meis, et dabo tibi dimidium regni mei, aurum et argentum et vestes inaeestimabiles.»

Thiberius;

18. Sanctus Thiberius dixit: «Regnum tuum et vestes tuae mihi necessariae non sunt. Habeo enim Dominum, qui, si perseveravero in illo, induet me stola immortalitatis, quam tenebrae comprehendere non possunt.» Diocletianus imperator dixit: «Thiberi, consule animae tuae et sacrificia, <alioquin > diversis poenis morieris.» Sanctus Thiberius dixit: «Ego desidero ad illam palmam pervenire quam Dominus promisit electis suis.» Tunc praecipit ministris suis.

qui in  
carcerem  
mittitur,

19. Et cum introducti fuissent in carcerem, centum sexaginta pondera ferri imponi super eos iussit et signari carcerem, ut nullus hominum eis panem vel aquam porrigat. Et cum inclusi fuissent, subito claritas magna implevit carcerem, ita ut ipsi custodes admirarentur. Sanctus Thiberius orabat dicens: «Ad auxilium meum tu intende, Domine; accelera, et libera nos de hac poena, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, et Susannam de falso testimonio.»

Psalm.  
69, 2.

in  
clibanum  
ardentem

Gen. 49, 27.

20. Diocletianus imperator dixit: «Consule animae tuae, et sacrificia diis magnis.» Sanctus Thiberius dixit: «Nunquam sic sit tibi bene, diabole, lupe rapax, deceptor animarum. Miror frontem tuam quod tantas virtutes cernas nec erubescas. Ego vero Christum habeo, cui sacrifico.» Tunc furore repletus imperator, iussit ministris suis clibanum praeparari et in eo solvi plumbum et resinam et picem et fecerunt mi-

nistri sicut praeceperat eis imperator et deposuerunt in eo sanctum Thiberium athletam.

PASSIO I

21. Diocletianus imperator dixit: «Ecce modo video si Deus tuus possit liberare te de manibus meis.» Ille autem, signaculo facto, iactus est in medium clibani. Hymnum dicebat: «Qui liberasti filios Israel de terra Aegypti de manu servitutis per manum Moysi et Aaron servorum tuorum, fac nobiscum misericordiam tuam propter nomen tuum.» Tunc exclamans beatus Thiberius dixit: «Quid est, Diocletiane, ubi sunt minae tuae? Gratias ago quod fecisti nobis lavacrum.»

proicitur;

22. Universus populus clamabat: «Nos tanta mirabilia nunquam vidimus. Vere magnus est Deus huius pueri.» Et exivit de clibano sanctus Thiberius, nullam maculam habens in corpore suo. Fulgebat autem caro eius tamquam nix. Beatus autem Thiberius dixit: «Ecce, imperator, iam erubescis, cum diabolo patre tuo.» Imperator, repletus ira magna, iussit leonem adduci cuius rugitus nullus hominum tolerare potest. Imperator dixit: «Praevalebuntne magiae tuae contra hunc leonem?» Sanctus Thiberius dixit: «Insiptens, Christus mecum est, cum angelis suis ipse me liberabit de manibus tuis.»

illaesus  
exit;

23. Et ibi dimissus est leo. Sanctus Thiberius cruce facta, furorem leonis exsuperavit, et currens ante pedes eius, leo se iunxit, et exiliens lingua sua sudorem eius tergebat. Sanctus Thiberius dixit: «Ecce, imperator, animalia ipsa honorem reddunt Domino, et tu non cognoscis creatorem tuum. Nam si velis credere Christo, salvus eris.» Imperator dixit: «Tu illum credas, et omne genus tuum.» Sanctus Thiberius subridens dixit: «Bene dixisti, imperator; omne genus meum perpetuam coronam desiderat in paradiso.» Diocletianus imperator dixit: «Thiberi, multae gentes videntes artes tuas crediderunt ut igni et feris imperent.»

leonem  
domat;

24. Sanctus Thiberius respondit: «Istae ferae honorem reddunt Domino, non mihi, quia agnoscunt eum.» Tunc iussit ministris ut eis praepararent cathastam, et ibi tenti sunt servi Dei, sanctus Thiberius una cum sancto Modesto <pappate suo et Florentia, quae in Deum credit. Sanctus Thiberius dixit Diocletiano: «Recede a muliere, aut quae est virtus tua torquere mulierem?» Torquebantur autem in cathasta.

torquetur  
cum  
Modesto et  
Florentia;

25. Tunc sanctus Thiberius dixit: «Impie Diocletiane, imperator carnifex, quae tibi causa cum muliere?» Torquebantur autem ita ut omnia ossa corporum dissiparentur. Et exclamavit sanctus Thiberius ad Dominum, dicens: «Domine, libera nos.» Et statim factus est terrae motus magnus et coruscatio, et ceciderunt omnia templa idolorum, et mortua est tertia pars populi. Et statim imperator fugit et percutiens manu sua frontem dixit: «Vae mihi, qui a tali puero superatus sum.»

Deum  
invocat;

26. Descendit autem angelus Domini et eri-

ab angelo

17. —<sup>1</sup> consentis B.

18. —<sup>1</sup> om. B.

19. —<sup>1</sup> pondus B. —<sup>2</sup> et i. B. —<sup>3</sup> porrigat B.

20. —<sup>1</sup> non B. —<sup>2</sup> fidenter add. dein del. B. —

<sup>3</sup> ita Passio S. Viti, desuerunt et B.

23. —<sup>1</sup> benedic iste B.

24. —<sup>1</sup> om. B, supplevi ex Passione S. Viti.

**PASSIO I** puit eos de cathasta, et subito apparuerunt  
*liberatur.* iuxta fluvium qui dicitur Araur (1) in vico qui  
vocatur Caesis Sylvia Ligone (2) et requieverunt  
sub arbore et invocaverunt Dominum. Tunc  
beatus Thiberius dixit: « Domine Iesu Christe,  
fili Dei vivi, perforce desiderium cordis eorum  
qui in tuo nomine sancto volunt gloriarum de pas-  
sione martyrii mei; custodi nos ab omnibus peri-  
culis huius saeculi. » Et cum compleverit sanctus  
Thiberius orationem suam, facta est vox de  
caelo dicens ad eum: « Thiberi, exaudita sunt  
orationes tuae. »

27. — <sup>1</sup> petieris B. — <sup>2</sup> nos B.

(1) Lege Araurim, nunc l'Hérault. — (2) Quis  
sit locus ille (si tamen lectio vera est) nulla ra-

27. Et post haec dixit sanctus Thiberius cir-  
cumstantibus sibi: « Si sepelieritis corpora nos-  
tra, quicquid petieritis <sup>1</sup> a Domino dabit vobis et  
liberabit vos <sup>2</sup> a nequitia diaboli. » Postea vero  
collegerunt corpora sanctorum et cum aromati-  
bus condiderunt illos in loco qui dicitur Caesis  
Sylvia Ligone. Passus est autem sanctus Thibe-  
rius una cum sancto Modesto et Florentia, die  
quarto idibus novembris, regnante domino Iesu  
Christo anno ducentesimo quinquagesimo quarto,  
cui est honor et gloria, virtus et potestas, per  
infinita saecula saeculorum. Amen.

*Reliquiae  
colliguntur.*

tione assequi potuimus.

## II. SS. TIBERII ET SOCIORUM PASSIO ALTERA

*E codicibus Veneto Sancti Marci IX. 20 (= 1) et Eboracensi XVI. G. 23 (= 2). Cf. Comm.  
praev. num. 4.*

### De sancto Tyberio martyre.

*Nituntur  
pater  
Tiberii*

1. Tyberius, Helee <sup>1</sup> viri nobilissimi sed pagani  
filius, anno octavo <sup>2</sup> Valeriani (1) passus est. Valerianus enim mox in <sup>3</sup> imperium sublimatus,  
christianos undecumque <sup>4</sup> ad ydolatriam trahens,  
nolentes interfici iussit. Quod ut audivit  
Tyberius, non solum tam execrabile scelus per-  
horruit <sup>5</sup>, sed et totis <sup>6</sup> visceribus resistere cepit.  
Iratus princeps nefarius <sup>7</sup>, accessit <sup>8</sup> patri, ei  
suadere cepit ut filium, relicto christiane reli-  
gionis cultu, traheret quantocius <sup>9</sup> ad culturam  
deorum. Cui Heleas <sup>10</sup>, utpote paganus libenter  
annuens, ipsum a Christi cultura blandimentis et  
terroribus <sup>11</sup> nisus <sup>12</sup> est revocare. Sed cum nec  
sic <sup>13</sup> averti <sup>14</sup> posset, pater eius cepit estuare <sup>15</sup>  
animo et in eum insanire tyrannique animum  
contra filium concitare. Cumque beato Tyberio  
pater eius diceret, cur Christum flagellatum et  
passum sequi vellet, respondit Tyberius quia eius  
flagellatio et passio fuit peccatorum remissio,  
ideoque ab ipso non <sup>16</sup> posset ullatenus separari <sup>17</sup>;  
cuius veram professionem nonnullorum cecorum  
illuminatio infirmorumque sanatio affirmabat.

*et Valeria-  
nus illum  
a Christo  
avertere.*

2. Quo audito Valerianus, patre accersito <sup>1</sup>, de-  
nuo Tyberium iussit suis conspectibus sisti. Quo  
oblato, sedens pro tribunali, Cesar sciscitari <sup>2</sup> ce-  
pit quare <sup>3</sup> diis ceremonias reddere <sup>4</sup> contempneret  
et contra iussa principum agere presumeret.  
An ignoraret Christi cultores diversis penis ius-  
su <sup>5</sup> principum <sup>6</sup> puniendos? Cui Tyberius signa-  
culo crucis armatus respondit: « Christi me mili-  
tem noli dubitare, Cesar, ipsumque corde

credere et ore confiteri semper me noveris et  
illi soli servire, et ipsum adorare <sup>7</sup>, sculptilibus  
vero et lapidibus numquam fidem adhibere <sup>8</sup>. »  
Quod audiens pater eius infremuit sibi que con-  
dolere circumstantes amissione periture unice  
sobolis flebilibus adhortatus <sup>9</sup> est verbis. Cui  
se inquit <sup>10</sup> perire non posse, si facultas ei daretur  
permanendi in sanctorum congregatione. Hiis  
auditis, Valerianus iussit eum fugitari ut ad-  
quiescens ydolis immolaret <sup>11</sup>. Cui cum puer Ty-  
berius subiungeret semel se dixisse Christum ad-  
rare Dei filium <sup>12</sup>, iterum eum precepit in catho-  
mo <sup>13</sup> cedi.

3. Dum autem hec <sup>1</sup> agerentur et cedentium  
brachia divina ulcione arescerent <sup>2</sup> et ipse tyran-  
nus <sup>3</sup> clamans manus pre <sup>4</sup> dolore <sup>5</sup> torqueretur,  
cepit evocato <sup>6</sup> patri magum <sup>7</sup> filium dicere.  
Ad quem cum Tyberius diceret se magum <sup>7</sup>  
non esse, nec hoc magicam <sup>8</sup> artem fore, sed  
Christi iustum esse iudicium, cuius ulcione ma-  
num amisisse se nosse <sup>9</sup> deberet, ad experiendam  
virtutem eius: « unde si possibile <sup>10</sup> est diis de-  
busque tuis restituendi manum tuam sanam, ne-  
cessario roga eos <sup>11</sup>. » — « Tu, » inquit <sup>12</sup> Valerianus,  
« michi esto propicius et ostende nunc virtutem  
Christi tui. » Tyberius dixit: « Licet non merearis  
quod exigis <sup>13</sup>, fiat tamen ut astantes virtutem  
eius discant et sic a suo errore recedant et in  
Deum verum dominum Iesum Christum cre-  
dant. » Ad hanc vocem continuo manus eius sa-  
nata est. Valerianus autem illum quasi emendan-  
dum tradidit patri suo et ultro immolare <sup>14</sup> ydo-  
lis suadendum.

*Tiberius  
manum  
Valeriani  
curat;*

1. — <sup>1</sup> Heloe 2. — <sup>2</sup> ita 2; octaviani 1. — <sup>3</sup> om. 1.  
— <sup>4</sup> unumcumque 1. — <sup>5</sup> peroruit 1. — <sup>6</sup> totus 1.  
— <sup>7</sup> nepharius 1, 2. — <sup>8</sup> acresito 1; accessito 2. —  
<sup>9</sup> quam /// 1. — <sup>10</sup> Eleas 1. — <sup>11</sup> terribus 1; erro-  
ribus 2. — <sup>12</sup> iussus 1. — <sup>13</sup> om. 1. — <sup>14</sup> adverti  
1. — <sup>15</sup> exstulare 1. — <sup>16</sup> om. 2. — <sup>17</sup> revocare 2.  
2. — <sup>1</sup> acresito 1; acc. patre 2. — <sup>2</sup> sciscitari  
1. — <sup>3</sup> quia 1. — <sup>4</sup> redere 1. — <sup>5</sup> iussi 2. — <sup>6</sup> om.

(1) Valerianus imperatorem (253-259) octavum  
annum non attingisse vix est cur moneamus. E

2. — <sup>7</sup> adoro 2. — <sup>8</sup> adhybere 1. — <sup>9</sup> adoratus 2. —  
<sup>10</sup> inquit 1. — <sup>11</sup> ad quiescens ydolis immolaret 1. —  
<sup>12</sup> filium 1 plerumque; filium Dei 2. — <sup>13</sup> chacom 1.  
3. — <sup>1</sup> om. 2. — <sup>2</sup> accrescerent 1. — <sup>3</sup> tyramnus  
1. — <sup>4</sup> proch 2. — <sup>5</sup> dolor 1. — <sup>6</sup> evocare 1. — <sup>7</sup> ma-  
gnum 1. — <sup>8</sup> magicum 1. — <sup>9</sup> nosce 1. — <sup>10</sup> possi-  
bile 1. — <sup>11</sup> reos ante corr. 2. — <sup>12</sup> inquit 1. —  
<sup>13</sup> petis 2. — <sup>14</sup> ymolare 1.

Valeriano praeside sequioris aevi hagiographi im-  
peratorem fecerunt. Supra, p. 405, annot. 1.



*blanditiis tentatur;* 4. Quem pater ad domum ducens<sup>1</sup> ibi eum multis blandis sermonibus a fide Christi avertere est conatus, saltatricibus cum<sup>2</sup> organis cantantibus ante eumque<sup>3</sup> saltantibus<sup>4</sup> quatinus<sup>5</sup> in libidinosas<sup>6</sup> illecebras illectus ad amorem eius seculi<sup>7</sup> animus flecti posset. Sed quem nec mine ferrere<sup>8</sup> nec blandicie decipere potuerunt, nulle illecebre ad amorem sui trahere valuerunt<sup>9</sup>. Cum igitur nec sic flecti potuisset, intromisit eum in cubiculum diversis ornamentis et lapidibus preciosis<sup>10</sup> ornatum<sup>11</sup>. In quo in corde ingressus perfecto, orabat dicens: « Confirmame, Deus, in virtute tua, ut fiat cor meum firmum et immaculatum, ut non confundar. » Quo orante claritas divina eum subito circumfulsit et odore suavissimo ipsum cubiculum respersum fuit. Quod cum patri nunciatum fuisset, ad consolandum filium suum deos venisse dixit, et accedens angelorum fore presentiam vidit. Quos dum cerneret, officia oculorum statim amisit. Quibus perditis, clamor magnus cum fletu attollitur, tota pene civitas commovetur. Et princeps audiens quid acciderat, festinus<sup>12</sup> venit. Quem cum excecatum<sup>13</sup> videret et quomodo ei accidisset quereret, deos in cubiculo quo filium induxerat se vidisse fatetur et eorum intuitu cecum se factum. Quibus verbis princeps credidit et eum ad templum Ferontis iussit duci, ut ibi victimis Iove placato ab eo lumen recipere mereretur. Quod cum nullatenus sibi prodesset sentiret<sup>14</sup>, flebilibus<sup>15</sup> vocibus a filio curationis beneficium postulavit. Quem cum poplite tenus<sup>16</sup> precaretur et ut diis renunciaret a filio exigeretur, divina clementia precibus filii favente, oculi eius illuminati sunt.

*alio coruscant miraculis;* 5. Quo facto miser non dedit gloriam Deo vivo et vero sed diis suis, querens quibus penis perimeret filium. Angelus autem Domini cuidam, nomine Modesto<sup>1</sup>, apprensus precepit ei: « Tolle puerum et cum eo transfretare<sup>2</sup>. » Ad monicionem igitur angeli transfretantes, ipso duce ac comite ad quendam fluvium, Adeaurum (1) nomine, pervenerunt; ubi sub arbore quercu quieverunt, et dum plerisque dominus per hos operaretur virtutes, aquila<sup>3</sup> his victum cotidie deferebat<sup>4</sup>. Confitebantur autem eos demonia a multis exuentia. Conversis<sup>5</sup> autem ad fidem Christi populorum catervis<sup>6</sup> et ad baptismum convolantibus multis, [nam] per signa et orationes eorum paralitici curabantur et ceci illuminabantur.

*a Diocletiano accitus;* 6. Denique Valerianus a Sapore rege Persarum captus est (2) et Galienus tam claro Dei iudicio territus tamque<sup>1</sup> miseri college permotus exemplo pacem ecclesiis<sup>2</sup> satisfactione restituit trepida. Galienus autem cum rempublicam dese-

ruisset et Mediolani libidini inserviret, occisus est. Post hec Claudius de voluntate senatus sumpsit imperium; post Claudium Aurelianus socius tyrannus, quem subsecuti sunt Faustus, Probus et Carus cum filiis suis Carino et Numeriano. Post quos Dyocletianus et Maximianus super omnes persecutores christianorum fuerunt pessimi et atrocissimi tyranni. Sed cum immundus vexaret spiritus filium Dyocletiani, clamabat per os eius a<sup>3</sup> nullo se eici posse nisi<sup>4</sup> eum Tyberius pelleret accersitus<sup>5</sup>. Cumque a demone quis et unde et ubi esset didicisset, confestim ad eum milites misit. A quibus cum Dei vir qui et unde esset et cur venissent inquisisset, aiunt se romanos gentiles et a Dyocletiano missos, et ut eius filium curare debeat a demonio deprecaretur.

7. Quibus auditis una cum collega suo Modesto profectus est. Ad quem cum accessisset <et> ab eo interrogatus fuisset utrumne esset ille Tyberius cuius fama ingens suas penetravit aures, nichil respondit neque Modestus. Compulsus tandem Tyberius impavidus tyranno constanter ait: « Cur interrogas senem<sup>1</sup> cuius caniciei debitum honorem renuis impendere? » Cui Dyocletianus: « Ut quid, » ait, « tam severe loqui presumis et contumacibus verbis? » — « Non sum, » inquit<sup>2</sup>, « contumax, o imperator. » Cumque hec et alia imperatori Tyberius responderet, demon cuius vexatione<sup>3</sup> laborabat Dyocletiani<sup>4</sup> filius clamare cepit: « Quid me, Tyberii, ante tempus torquere venisti? » Ad hoc tyrannus<sup>5</sup>: « Potesne, Tyberii, curare filium meum? » Cui ille: « Non, sed Iesus Christus. » Et accessit ad filium et posuit manum super caput eius et dixit: « Spiritus immunde, tibi in nomine Iesu Christi precipio ut ex eas continuo. » Qui statim exiens nonnullos de circumstanti populo discerpit. Videns autem hec Dyocletianus ait Tyberio: « Oportet te meis favere preceptis, ut adquiescens diis immortalibus litare velis, quorum nutu meo filio demonium eiecisse cognosceris, et a me multis ditatus muneribus etiam dimidia porcione regni mei pociers. » Cui Tyberius ait: « His tuis perituris muneribus non egeo, quia Christum remuneratorem iam possideo. » Dyocletianus, hoc audito, nimio furore repletus: « Nisi meis, » inquit<sup>6</sup>, « iussionibus<sup>7</sup> obtemperaveris, mala morte peribis. »

8. Qui cum sacrificare<sup>1</sup> contempneret, onustum bactis ferreis<sup>2</sup> in carcere cum Modesto sine cibo et potu recludi precepit. Ubi dum orarent, subito terre motus ingens factus est, et nimia claritate divina carcere perfuso<sup>3</sup>, exterriti custodes fugerunt et quod viderant Dyocletiano nun-

*ab eius filio daemone expellit;*  
E

Matth. 8, 29.

F

*cum sociis atrocissime tortus,*

Matth. 28, 2.

4. —<sup>1</sup> dicens 1. —<sup>2</sup> et 1. —<sup>3</sup> quem 1. —<sup>4</sup> (ante - s.) om. 2. —<sup>5</sup> quatenus 2. —<sup>6</sup> (i. l.) illibidinosas 1. —<sup>7</sup> (e. s.) s. e. 2. —<sup>8</sup> terore 1. —<sup>9</sup> voluerunt 1. —<sup>10</sup> om. 2. —<sup>11</sup> ut supra alibi etc. add. 2 qui hic des. —<sup>12</sup> festinus 1. —<sup>13</sup> exortatum 1. —<sup>14</sup> scetiret 1. —<sup>15</sup> flebilibus 1. —<sup>16</sup> nus 1.

5. —<sup>1</sup> molesto 1. —<sup>2</sup> transfretare 1. —<sup>3</sup> aquila 1. —<sup>4</sup> deferebat 1. —<sup>5</sup> conversus 1. —

(1) Lege Araurim, l'Hérault. — (2) Quae sequuntur de serie imperatorum operose collegit Petrus ut a Valeriano, quem imperatorem esse Novembris Tomus IV.

6 chatervis 1.

6. —<sup>1</sup> tamquam 1. —<sup>2</sup> excelsis 1. —<sup>3</sup> an 1. —<sup>4</sup> nixi 1. —<sup>5</sup> accersitus 1.

7. —<sup>1</sup> semen 1. —<sup>2</sup> inquit 1. —<sup>3</sup> vessatione 1. —<sup>4</sup> hic Diocleciani 1; nonnumquam etiam scribit Diocletianus, Dyoclecius. —<sup>5</sup> tyrannus 1. —<sup>6</sup> inquit 1. —<sup>7</sup> iussionibus 1.

8. —<sup>1</sup> sacrificare 1. —<sup>2</sup> ferreis 1. —<sup>3</sup> perfuso 1.

existimavit, ad Diocletianum laberetur. Supra, p. 405, annot. 1. Cf. Comm. praev. num. 4.

PASSIO II eiaverunt. Turbatus Dyocletianus iussit <sup>4</sup> eos in amphitheatro bestiis tradi. Qui cum in nullo lederentur a feris, indignatus denuo imperat cli-  
banum accendi. In quo cum psallerent <sup>5</sup>, ignis  
Dan. 3, 50. eos non tetigit nec quicquam <sup>6</sup> molestie intulit <sup>7</sup>. Erectis quoque de medio clibani, Dyocletianus iratus iussit leonem <sup>8</sup> fortissimum ad eos devo-  
randos adduci <sup>9</sup>. Qui omni ferocitate deposita, cum in nullo eis noceret, iussit eos Dyocletia-  
nus in catastam levare ibique extentos <sup>10</sup> una cum beata Florentia, que videndo mirabilia que in populo fiebant crederat, cedi. Cumque diu usque ad dissolutionem membrorum cederentur <sup>11</sup>, beatus Tyberius oravit dicens: « Domine

Christe Iesu, adiuva nos. » Ad hanc vocem terre <sup>12</sup> D motus factus est et templum corruit <sup>13</sup> maxi-  
mamque populi partem oppressit. Confusoque <sup>14</sup> imperatore vix cum paucis evadente, angelus Domini descendit et sanctos de catasta eripiens ad locum ubi erant quando a Dyocletiano vocati eos transvexit. Ubi dum oraret beatus Tyberius elapsa voce celitus super omnibus de quibus Dominum deprecatus fuerat, exauditus se fore audivit. Completa autem oratione, suas immacu-  
latas animas Domino reddiderunt <sup>15</sup>. Quorum corpora christiani colligentes in territorio Aga-  
tensi <sup>16</sup> celebriter in Cesarione (1) aromatibus condiderunt.

animam  
Deo reddit.

<sup>4</sup> iussit 1. — <sup>5</sup> psallerent 1. — <sup>6</sup> quicquam 1. —  
<sup>7</sup> intulit 1. — <sup>8</sup> iterat 1. — <sup>9</sup> aduci 1. — <sup>10</sup> ex-  
extentos 1. — <sup>11</sup> dissolutionem cuius usque dis. m. c.

1. — <sup>12</sup> tere 1. — <sup>13</sup> corruit 1. — <sup>14</sup> confusioque 1. —  
<sup>15</sup> reddiderunt 1. — <sup>16</sup> territorio Agatasi 1.

(1) Cesserone. Comm. prae. num. 1.

B

E

## DE S. SPACIO MARTYRE

### ANDELIACI IN AGRO ROTHOMAGENSI

H. D.

TEMPORE  
INCERTOS. Spatii  
memoria.

1. *Andeliaci (Les Andelys, dep. Eure), qui locus est dioecesis Ebroicensis, olim Rothomagensis, passus esse fertur S. Spacius, cuius elogium duplex profert Andreas Saussayus. Et ita quidem primo loco: Quarto idus novembris. Andeliaci ad Sequanam natalis sancti Spatii martyris, qui ex Baiocae submaeniis originem trahens, eo tempore quo in procellis christiana religio efflorescebat, Christo ut testimonium illustre redderet, ad Castrum Andeliacum, inquinatum ethnicae superstitionis spurcitia venit: ubi, dum impugnat impios ritus purumque Christi cultum praedicat ac tuetur, sanguinis profusione confessionem suam obsignavit, atque eodem loco tumulatus insigne apud maiores meruit egregie confecti agonis monumentum (1). In Supplemento autem, quo praeter additios sancti nonnulli accuratius recensentur: Andeliaci ad Sequanam in agro Rothomagensi veneratio sancti Spatii martyris Baiocensis, cuius cum corpore sacro honorabile nomen antiquissima ibi religione observatur (2). Cum nulla sit huius sancti mentio in antiquis martyrologiis, nec ulla eiusdem Passio in codicibus occurrat, haec ex Baiocensium traditione, et hac quidem recentioris aevi, accepta sint oportet. In sola enim Baiocensi dioecesi S. Spatii memoria agitur.*

Lectiones  
breviarii.

2. *Quaecumque autem de eodem apud Baiocenses circumferuntur, congesta sunt in tripartita lectione breviarii Baiocensis, quam ex novissima eiusdem recensione proferimus: In ipsa civitate Baiocensi sanctus Spacius martyr natus est. Fi-*

dem christianam a parentibus simul et omnium virtutum accepit exempla; ipse autem paterna vestigia ingrediens, avita ampliorem gloriam adeptus est. Hic, Spiritus Sancti impellente gratia, licet sacerdotii dignitate insignitus non esset, saluti animarum totum se mancipandi consilium iniit, perficiendique propositi, tanta laude digni, occasionem quaesivit et nactus est. Ferrebat tunc Iuliani apostatae in Christi discipulos odium, unde cruentae in quibusdam locis exortae sunt persecutiones. Sanctus Spacius in ecclesiam Rothomagensis, ubi saeviebat inimicorum Christi rabies, transmeavit, ut fideles adhortationibus suis in fide confirmaret. Quum ergo Andeliacum devenisset, proditus et deprehensus a satellitibus, nec blanditiis nec minis ad deserendam Christi fidem adduci potuit et cum aliis quibusdam christianis, felici martyrio gloriosam vitam absolvit. In eodem loco clam et absque pompa sepultus est, anno secundo vel tertio supra trecentiesimum sexagesimum. Quodam elapso tempore, super tumulum sancti Spatii et sociorum aedificata est ecclesia quae postea facta fuit collegialis. Reliquiae vero eiusdem beati martyris et sociorum e sepulchro extractae et in diversa loca translatae sunt. Pede uno item et uno brachio sancti Spatii olim dotata fuerat ecclesia cathedralis Baiocensis, quae eximio honore sacras martyris exuvias venerabatur (3). Harum etiam nunc laetatur civitas Baiocensis partem aliquam tenere, tum in ecclesia cathedrali (4) tum praecipue in sacello hospicii infirmorum

(1) *Martyrologium Gallicanum*, t. II, p. 852. — (2) *Ibid.*, p. 1194. — (3) Ita et HERMANT, *Histoire du diocèse de Bayeux* (Caen, 1705), p. 29, ex « *Invent. eccl. Baioc. ann. 1369* ». Huius autem inventarii nullum superesse vestigium

monet R. D. L. Le Mâle, canonicus Baiocensis, a quo et alia plurima de cultu S. Spatii nos accepisse grato animo profitemur. — (4) A Calvinianis ablatae, reliquias postmodum restitutas fuisse ita narrat HERMANT, l. c., ex « *Reg.* et